UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Bona.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

Visual Library

contentione, id eſt, figura judicij in contradictorio.

BLASPHEMIÆ.

BLaſphemātiū pœnæ, ſi dives, prima unciarū quadraginta, ſi pauper, decē, ſi non eſt ſolvendo, luat in corpore: ſecunda vice duplicetur pœna, & infames, & incapaces ad beneficia, & officia, & dignitates, pauperibus lingua perfodiatur: tertia vice tripliciter pœna, ſi ſunt ſolvendo, pauperibus fuſtigatio, vide Afflict. *in conſt. inconſutilem, num.* 48.

BONA.

PRimò, juriſdictio, etiam temporalis, pertinens ad perſonam eccleſiaſticam, uſurpare, incurritur excommunicatio Bullæ Cænæ Domini, Nav. *con 3. de immun. Eccl.* facit Con. Trid. *ſeſſ. 22. c. 11. de reform.*

Secundò, fructus beneficiorum non ſubſunt laicali poteſtati, Nav. *loc. cit. con. 3* & ſunt immunes ab omni onere laicali, Syl. *in ver. Eccleſia,* 1. §. 5. *initio, in ver. gabella ſecunda, n.* 8. *ver. excommun.* 9. *q.* 13. Cov. *lib. 1. c.* 4. *n.* 2. *& 3. variar.* Nav. *c. 17. n.* 201. Rebuf. *de for. con. & paup. n. ult.* & prædicta bona, & fructus ſunt immunes, etiamſi vendantur, etiamſi donentur, idem *conſ.* 4. *eod. tit.* Afflict. *in multis locis conſt. regni,* & non ſolum pro reb. beneficialibus, ſed etiam pro rebus matrimonialibus in conſt. apoſtatantes, *c.* 28. *n.* 20. tam in collectis, quàm in gabellis, vide *in repertorio, in ver. Clericus,* tertiò, appellatione bonorum Eccleſiæ comprænhenduntur beneficia ſua, ita Gem. *in c. ſciant cuncti, notab.* 8. *de elect: lib.* 6.

BIGAMI.

PRimò, Bigamia eſt triplex, vide Hoſt. inter cæteros *in Sum. tit. de big.* ſcilicet vera, ſimilitudinaria, & interpretativa: vera eſt, quando quis duxit duas uxores; interpretativa, quando unicam, ſed viduam, vel corruptam, tertiò, quando aliquis inſignitus ordine ſacro, vel voto ſolenni caſtitatis contrahit matrimonium, vide pro hac materia fuſiùs Syl. *in ver. bigamia.* Aſtenſ. *lib.* 6. *tit.* 7. Sot. 4. *ſent. diſt.* 27. *q.* 3. *art.* 1. Sum. Sac, *q.* 26. Nav. *in Manual. confeſ. c.* 27. *n.* 195.

Secundò, quis poteſt cum bigamo diſpenſare. Reſpondetur quòd Epiſc: uſque ad minores ord. Hoſt. *l. ci. inult.* & intellige incluſivè propter rationem, quam ipſe affert, vide *inſ. in ver. irreg.* §. 17. ad majores autem, & ad curata beneficia ſolus Papa diſpenſat.

Tertiò, Epiſcopus poteſt diſpenſare cum bigamo ſimilitudinario, ſi contraxerit cum virgine, Io. de Selua *tract. de benef. 3. p. q.* 7. *n.* 8. *ver.* 13. *&* 14. *c. ſanè, il. ſecundo, & ibi gl. de cler. conjug.* Gom. *tract. de brev. num.* 20. *&* 21. Staph. *de ſign. grat. fol.* 134. *nu.* 8. *&* 9. Nav. *c.* 27. *nu.* 195. & faciliùs diſpenſatur cum laico bigamo, quàm cum clerico, Nav. *conſ. 2. de big:* cætera vide in Doct. intellige quoad ſacros ordines uſque ad presbyterium incluſivè, *c: 1. qui cler: vel voven:* Selua *loc. cit:* nam de minoribus & in aliis duabus